



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

**[Mit Teil von Relatio VII] RELATIO VIII. De Mense
Februaria, anno 1626.**

1626

RELATIO VII.

Interum venerant, feverissimè inquisivit: ex quibus quosdam vadavit: qui si crimen purgare non poterint, pessimè habebunt. In interiorem *Guelphorum arcem*, & *Henrici urbem* nemo, quisquis ille esset, nisi Ducis manu & sigillo voluntatem ipsius docuisset, intronissus eo tempore fuit: nec alia conditione indè exire quis potuit. Intronissum oportuit tres dies commorari, antequam potestas ipsi daretur recedendi: quod & accidit his, qui ex suburbio, cui Dei castum nomen est, eò venerunt. Dux autem *Christianus* iustravit exercitum, eiq; stipendia solvit. *Fridlandensis* Prætorianus miles *Aleantia*: circa hoc tempus substitit: ubi locorum *Tillens* ipse suorum castrorum sedem primariam jam fixam habeat, nihil dum restitutum est.

Rex Dania, die 13. Febr. postquam ante triduum exercitum præmiserat, discessit *Rodenburgo*. In ejus castris deprehensus est quidam, qui falsis documentis se quibusdam Regis Capitaneis ita commendaverat, ut arbitrentur, & eum esse *S. R. M. Dantæ* servitiis obstrictum, cumq; eo familiariter versarentur. hujus nequitiam servulus, tractum fortè ab eo tactus, detexit. Itaq; captus est proditor: cui contra voluntatem res cadere. Reo plurimis in locis conquestionem militum habet: & in suis territoriis, tympanis etiam pulsatis.

RELATIO VIII.

De Mense Februario, anno 1626.

Initio Februarij *Piceres* Neapolitanus 30000. coronatorum *Mediolanum* misit, tum ad conducendum mil-

Ej

cum

tem Hispanicum, tūm ad dissolvenda Helvetiis stipendis debita.

Romam diversi Legati venerunt, acturi de Veldino. Rex Hispania, præter classem jam instructam, viginti adhuc æquarias contra Anglum instruit: conferentibus comitatum & Clericis & Laicis & Regis præfectis.

Circa 14. Febr. Allobroges & Galli Montone digressi Genuenses deprædati sunt, incensis aliquot pagis. Cre-mese inter cives & Germanum militem exorta est scditio ob non soluta stipendia: in qua utrinq; multi perierunt. Genuenses cum Rege Hispaniarum ita contraxisse dicuntur, ut ad alendos 20000. pedites & 2000. equites Hispano mensura quinquaginta millia coronatorum, durante bello, solvant: Rex autem finito bello, partem expensorum horum bellicorum dimidiam Genuensibus refundat.

Turcas Babilonios ademisse Persis castrum aliquod magni momenti, Veneti auctores sunt: Regemq; Persarum ad illud recuperandum, quantam potest maximam adhibere præparationem, & ut cum Turca acie dimicet. Pacem inter Regem Gallia & Hugonottos meditantibus Anglo, & Stanis & Venetis plene esse factam, Gallic Lugdunenses testantur.

Cæsar ad Besblebemicas nuptias ablegasse dicitur Archiepiscopum Vngariae, & aliquem ex Electoratu Bavariz. Vienna Advocati, Procuratores & Sollicitatores Camere Austriacæ à Rectore Academiz citati, cum comparuissent, audiverunt Cæsaris sibi denuò proponi mandatum, ut Papizent: qui non fecerint, in eos animadversum iri: num idem futurum sit Electorum, Principum, & aliorum, per imperium staruum, in aula Cæsarea commorantibus Legatis, tempus nos erudiet.

Xori

Noriberga diem Deputationis celebratum iri, constans est sermo. *Rex Polonia* duodecim centurias Germanorum armatorum in *Austria* conscribere affirmatur: siquidē sibi à Rege *Sveviae* & *Moscovita* & *Tartaris* metuat.

Praga Evangelici ad *D. Virginem*, à Solduritis (quos domum suam recipere eos oportuisse, supra dictum fuit) pessimè tractati, alii ad Pontificiam religionem desciverunt: alii, relictis bonis in exilium proficiscuntur; ad quos intra mœnia coercendos aut retrahendos, itinera equibus fuerunt cincta. *Viduarum* quoque & *pupillarum*, quæ Pontificiis ceremoniis matrimoniū inire recusarunt, multæ in *Curia Pragensi* veteris urbis detentæ, custodiæ sunt traditæ, dum romano-Catholice sentiant. Ibidemq; incendiū existit, quo Christianis & Iudæis 37000. floreni absumti sunt.

Sexto Febr. Bethlehemica Sponsa, comitata comite *Schvarzburger*si, cum 40. petoritis, & 600. *Hufaris* *Vratislaviam* ingressa est; quam inde *Ungari* *Cascaviam* deduxerunt.

Ad Augustam Vindelicorum & in tota *Bavaria* magnus est hoc eodem tempore exercitus: indictusq; à *Bavaro* Electore conventus *Monachij*, ad quem evocatos ajunt Comitem de *Hebstorff*, locum tenentem *Linzii*, & alios Prælatos. Illuc & *Tillius* nullo ferè sentiente, venit, ut dererum à se gestarum eventu Electorem doceat, quem agrè in *Saxoniam* inferiorem ad continuandum bellum rediturum, multi autumant, cum timere sibi videatur à fortunæ volubilitate; præsertim cum compertum sit, Regem *Daniae*, inferioris *Saxoniae* Duce[m] militiæ Generalem, vigilantè & diligentissime in omnes res intentum esse, ut rectè singula curentur.

Circa 13. Febr. Prætor Langenweddingensis; qui pagus propè

propè abest Magdeburgo; Magistrum equitum, præcipuæ dignitatis dominum, stuprum filæ suæ vi inferre conantem, in lecto interfecit cultro, unâ cum alio ejus facti conscio & socio: tertium autem graviter vulneravit: & statim aufugit. Interfecti, visceribus exemptis, cadaver unctum in Bohemiam translatum est. Prætoris autem uxor & Filia captivæ ductæ sunt in arcem Egelenam,

Sub 13. Febr. *Fridlandicarum* copiarum aliquot cohortes, quasi octoginta centuriis constantes, per Pontem Desslaviensem in Episcopatu Magdeburgum deductæ, multa oppidula, pagos & villas invaserunt, spoliaruntq; magnamq; inde prædam abegerunt. Eadem copiarum *Burgum*, quæ vetus est Flemingiorum, non procul ab Albi, colonia, petiverunt, illudq; oppidum ejaculatis magnis quibusdam tormentis, & ignem vomentibus mortariis valde quassarunt, ita etiam ut quædam ædes flammis correpta deslagrarent. Sed milites ejus loci præsidarii, quatuor centuriarum, masculè magnosq; animo se defenderunt, solis Mosquetis usi. Cumq; hyems acrior incidisset, hac de causa & aliis, hostis oppidum cum 300. militum factura relinquere coactus dicitur; qui in sua castra remeavit. Alii, eum à Fridlando, metu adventantis Regii exercitus, revocatum esse narrant. ea tamen ab initio malè habuit Comitem à Schlick, quem indignissimè tulisse, quod Burgum in suam potestatem (ipse enim rei interfuit) redigere non potuerit; affirmarunt, qui eum Magdeburgæ, quo 12. Febr. venerat, super hoc negotio differentem audiverunt. Hunc Comitem Magdeburgenses humanissimè exceperunt. Ipse cum Senatu novum Magdeburgensium opus inspexit: illudq; collaudavit. sermone adhibita exhortatione, ut persisterent, nec ulli vicino edificio, quan-